



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

**XXIV.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

Archiepiscopi, interdum Landgravii sū  
ēre, sic tamen ut amicā civilitate adver-  
sus se invicem arma sociis nunquam spon-  
derent. Ista ex pacto judicia libertati U-  
bis pericula, & turbas posteā pepererunt.  
(a) veterijam tum arte, potentioribus  
omnem subjectionis speciem, in argumen-

XXIV. tum dominatūs acceptantibus.

\* MCCLXX \* Dum Erfordiæ præsens Archiepisco-  
pus moraretur, † Clerus super iniquitate  
xi. Senatus ob statuti, (b) quod recenter Senatus publica-  
conditū sta- rat, querebatur. In eo bonorum immo-  
tutum indig- bilium in Clerum donationes, & quamli-  
nationem bet translationem dominii sub caducitatis  
Electoris in- poenā prohiberi, manifestam cleri injuri-  
currit. am hoc respicere, idque temeritatis hīc  
notandum esse, quod iniquissimam legem  
ob reverentiam, & honorem S. Matris la-  
tam Senatus in præfatione dicat. Hic mul-  
tis innocentiam statuti defendit: Nihil in  
Cleri injuriam actum, amplā potestate pretiūm cuius-  
vis rei donandæ relictā: possessiones rerum immobili-  
um merito Clericis invideri: esse ijs manum mortuam  
ad omnes Reip. necessitates torpentem, nihil temeritatis  
se committere, quod in reverentiam & honorem ma-  
tris pro utilitate filiæ statuta condat. Elector Se-  
natui potestatem secundum leges jam latas  
Urbem administrandi concessam, novas  
ferendī

- (a) Cum Landgravii in argumentum superioritatis posteā allegarint  
in Tractatibus pacis Monasterii. Vid. deductio Saxonica jura  
Superioritatis in Erfordiâ concernens Monasterii exhibita  
(b) Exstat hodiecum in antiquo statutorum libro quod assertur in  
Curia.

vii so  
dver-  
spon-  
ati U-  
erunt;  
oribus  
amen-  
pisco-  
uitate  
iblica-  
nmo-  
amli-  
citati  
injuri-  
s hic  
egem  
is la-  
c mul-  
tibil  
a cujus-  
mobili-  
rtuam  
teritat  
em ma-  
or Se-  
alatas  
novas  
rendi  
egarim  
ica jura  
chibita-  
ratur in  
ferendi Moguntiæ reservatam dicens , sta-  
tutum illud antiquavit , multâ mille mar-  
carum argenti puri adjectâ , quod Electo-  
ris jura Senatus invaserat . \* Secuta pax \* MCCLX  
claustrum † Canonistarum S. Augustini (a) xxv.  
ex cineribus , in quibus à nupero incendio  
jacuerat , erexit , deditque ex re nomen novi  
operis , sicut & illa continens nova civi-  
tas appellata est . \* Civitas à milite nobis-  
li Hermanno de Husingeroda (b) comita-  
tum † Viselbach unâ cum curia prope S.  
Bartholomæum , ejusdemque templi jure  
patronatus , quingentis quinquaginta mar-  
cis argenti puri emit . Curiam ipsam & an-  
nexum jus sub certis legibus retrovendidit .  
Henricus Comes de Gleichen , Alberti  
Gleichensteinensis filius , directus istius  
Comitatus Dominus , his omnibus affen-  
sit .

\* Est hic Erfordiæ genius , quod res ad- XXV.  
versas temperantius , quam secundas fe- \* MCCLXX  
rat . Igitur cùm viciniam terruisset , red- XVII.  
rita ferocior adversus Matrem † insurget , Insurgitad-  
obsequia detrectans . Licentiam à moti- versus viduæ  
bus civilibus apprehenderat , inter æmu- matrem .  
lorum contentiones ferè per triennium  
vacante sede . Moguntia benevolis ad-  
hortationibus urbem monet , vocatque  
E ad

(a) MS. Chron. Erfurtensi. MS. Chron. Biblioth. Cæs. hoc anno initia-  
tum putat .

(b) Extant documenta , copias vide in Scripto Erfurtensi adver-  
sus Saxonorum informationem Monasterii in tractatibus pacis  
exhibito lit. Q. & P.